

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Meditationes vitae Christi

Pseudo-Bonaventura

[Straßburg], [um 1496]

Quomodo Iesus ductus fuit ad supercilium montis ut eum precipitarent.
Luce. xiii. Capitulum. XXXII

[urn:nbn:de:bsz:31-289983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289983)

de pari loquebantur adinuicem. Non enim dedignabatur eam: sed talia cum ea dicebat: quod si multi sapientissimi respondissent de talibus magni fuissent. Non sic faciunt superbi: si enim ampliosos uerba sua funderent inter paucos, nec illi cum uno: ea perdit reputaret: nec illos reputaret eorum uerba suscipere. Secundo paupertatem ipsius et afflictionem corporis. Considera etiam humilitatem et multa cum eis. Habes enim quod discipuli uenerunt ad ciuitatem ad querendum cibos: et que sitos porrauerunt: et uolebant manducare: sed si eos ibi manducasset: certe ibi ad puteum aut ad aliquem riuum sine fonte porrauerunt. Ades ergo hic qualiter famelicus et fatigatus reficiebatur. Unde colligere potes quod humilis dominus ac pauperatis amator: cum ibat per mundum: sepe comederat extra ciuitates et hominum habitationes ad aliquem riuum vel fontem quod truncatus fatigatus aut afflicto foret. Nec habebat coacta exquiritia cibaria: non uasa curiosa: non delicta uina: sed habebat aquam uinam ex ipso fonte uiuam quod uineas secundabatur: et creauerat omnia que mouent in aquis. Et panem ut pauperes sedes in terra comederat. Tertio considera quomodo intentus erat spirituali studio. Nam cum discipuli inuiterent eum ut comederet dixit. Ego cibum habeo manducare quod uos nescitis. Deus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei qui misit me. Nec uoluit manducare: sed expectabat eos qui erant in ciuitate ut eis predicaret: prius operari uolens ea quod spiritus erant quod ea quod corporis: quoniam tunc indigeret. Considera igitur eum in predictis: et eius uirtutes imitare.

Quomodo Iesus ductus fuit ad supercilium montis: ut eum precipitarent. Luca. xij.

Ca. XXXII
Quoniam redisset dominus Iesus nazareth: et illi eum rogarent ut miracula faceret: et ipse eos miracula indignos consideret: illi furor accensus erupit eum extra ciuitatem. Benignus ergo dominus ante eos fugebat: et illi persequebantur eum. Quid tibi uidetur? Intra furor: eorum exarsit: quod eum usque ad supercilium montis duxerunt: ut eum inde precipitarent. Dominus autem diuina uirtute transiens per medium illos ibat. Non dum enim mori elegerat. Et dicit glossa: quod quoniam dominus Iesus de manibus eorum lapsus de monte descendere: et sub rupe lateret: satyrus subterfugit: et locum ei dedit quod erant erat sua capacitas ac si fuisset de terra: et rupe uestis eius ibi remaneret: ac si stuppe essent. Considera igitur eum ante ipsos fugiendum et letantem sub rupe: et comparere afflictionem suis: et in humilitate ac patia ipsum imiteris.

Qualiter dominus Iesus sanauit quendam habentem manum aridam. Luca. vi. Marci. iij. Mathei. xij. Ca. XXXIII

Quodam die sabbati docebat dominus Iesus in synagoga: ubi erat quidam habens manum aridam: fecit autem Iesus stare in medio: ut quesiuisset ab illis sapientibus: Si licebat in die sabbati benefacere. Ipsi uero tacuerunt. Dominus autem Iesus habenti manum aridam dixit: Extende manum tuam: et sanatus est. Pluries diebus sabbatorum fecit miracula dominus Iesus ad eorum profu-

latente